

5

I. N. J.
PVLVILLOS
ET
PEPLA
PROPHETISSARVM

ex Ezech. cap. 13. v. 18.

DIVINIS AVSPICIIS

PRAESIDE

JO. ANDREA SCHMIDT.

ABBATE MARIAE VALLENSI

SS. Theol. D. ejusdem & Sacr. Antiquit. P. P. O.

Suique ordinis Seniore

*Præceptore atque Hospite suo omni honoris & pietatis cultu
eternum prosequendo*

placido eruditorum examini submittet

RESPONSVRVS AVTOR

HENRICVS GVILIELMVS TRUMPHIUS

GOSLARIENSIS

IN JVLEO MAGNO

d. 18. Feb. Anno MDCCII.

—) o (—
HELMESTADII,

T 154

TYPIS GEORG-WOLFGANGI HAMMI, ACAD. TYPOGR.

PAULUS
ET
PEPIA
PROPHETISARVM
DNI MVS VSPICITIS
PRAEVIDE
22. Tigeol D. eiusdem & Sacr. Andrei p. 5. o
Suidae originis Suidae
B. ecclios apud Togliani in omni ponere & hanc etiam
C. sanguine exalatam
B. sanguis exaltata ex suis iudiciorum
R. respondens avara Author
HENRICAS GALLIFELMAS TRAMPILLIAS
GOSVIRENSIS
WATFORD INGENAO
d. 18. Febr. Anno MDCCCI
HERMANNIUS

DFG

**VIRIS
MAGNIFICIS NOBILISSIMIS
AMPLISSLIMIS CONSULTISSIMIS PRU-
DENTISSIMIS DOMINIS
DOMINIS
CONSVLIBVS
SYNDICO
CAMERARIO
PRÆFECTO TESTAMEN-
TORVM.
TRIBVNO PLEBIS**

NEC

NEC NON
SENATORIBVS
LIBERAE AC IMPERIALIS
GOSLARIENSIS REI-
PVBLICAE

PATRIAE PATRIBVS

PATRONIS ET FAVORIBVS SVIS
omni honoris cultu prosequendis
Specimen hoc Academicum
ea, quâ par est observantia

Dac, Dedicat Consecrat

PREFECTO TESTAMENTI

TORVM.

Forum Civis obsequunt.

TRIBUNO PLEBIS

Henricus Guilielmus Triumphus,

NEC

Cum



I. N. J.

§. I.

Cum iudicio D. Basili. ፩፻፷፻ ደይሮ ምኑል እኔ ገዢዎች, ne unicum quidem verbum in scriptura inutile sit; recte faciunt illi, qui in singula scripturæ verba inquirunt, & de eorum vera significatione investiganda sunt solliciti, ut eo melius orationis sensum indagare possint. Idcirco & nos nobis non errare videntur, quod phrasin aliquam propheticam de pulvillis & cervicalibus seu velaminibus prophetissarum, quorum solus Ezechiel cap. XIII. v.18.20.21. mentionem facit, paulo uberioris excutere conati sumus.

Ita autem se habent verba Textus
Hebraici:

כֹּה־אָמַר אֱלֹהִים יְהוָה הָיָה לְמַתְפּוֹרוֹת כְּסֶתֶת עַל־כָּל־
אֲצִילָיו וְעַשׂוֹת הַמִּסְפְּחוֹת עַל־רַאשׁ כָּל־קָוָחָה לְצֹוֵר נְפָשֹׁות
הַנְּפָשֹׁות הַצּוֹרְנָה לְעַמִּים וְנְפָשֹׁות לְכָנָה תְּחִוּנָה

A

Versio

Versio Hieronymi :

Hec dicit Dominus Deus : Vae his, quae considunt pulvillios sub omni cubito manus : Et faciunt cervicalia sub capite universitate ad capiendas animas, Et cum caperent animas populi mei , vivificabant animas eorum.

Ex interpretatione Xantis Pagnini :

Sic dixit Dominus Deus : Vae consuentibus pulvinaria super omnibus axillis manuum mearum, Et facientibus velamina super caput omnis staturae ad venandum animas. Num quid animas venabimini populi mei Et animas vobis vivificabitis?

Paraphrasis Chaldaica :

כָּרְבָּן אָמַר נָא אֶלְחִים וְנָא עַלְתֵּהוּ עַל רַמְחַתְּנוּ וַיַּקְרִישׁ תְּשׂוֹבָעַלְכָל פְּרַפְּקִי וְרוּוּ וְעַבְרָנוּ בְּתַפְרָרִין עַל רַיְשַׁכְּרַי קְוִיפָּתָא לְאַבְרָא נְפָשָׁן הַנְּפָשָׁת עַפְּיָתָהּ בְּכָלָן לְאַבְרָא וְלְקִימָתָהּ נְפָשָׁתָךְנְרִילְבָּן תְּלָא וְכָלְתָּן לְקִימָתָהּ :

Versio Septuaginta :

Τάδε λέγει κύριος. Οὐαὶ ταῖς συρραπτίσαις προσκεφάλαια ὑπὸ πάντα ἀγνῶνα χειρός, οὐαὶ ποιεσταις ἐπιβόλαια ἐπὶ πᾶσαν νεφαλήν πάσης ἥλικίας, τῷ διασρέφειν ψυχάς.

αι

ai ψυχαὶ διεράφησαν τῷ λαῷ μὲν καὶ ψυχὰς
περιεποιεῖντο.

3-

Interpretatio Hieronymi:

Hæc dicit Adonai Dominus: Vix his quæ considunt
cervicalia sub omni cubito manus: Et faciunt velamina
super omne caput universæ ætatis: ut pervertant animas.
Animæ subversæ sunt populi mei Et animas salvabunt.

Versio Symmachii, quam habet Theodoretus
in Ezech. h. l. tom. II. p. 358.

Οὐαὶ ταῖς συρραπτίσαις ὑπαγνώντια ὑπὸ¹
πάντα ἀγνῶνα χειρός, καὶ ποιέσαις ὑπαυχέντια
προσκεφαλῆς πάσης ἡλικίας εἰς τὸ θηρεύειν
ψυχὰς.

Vix considentibus cubitalia sub omni cubito, Et fa-
cientibus succubitoria seu cervicalia ad caput omnis ætatis
ad venandas animas.

Versio Hispanica:

Ansi dixo el Señor Jehova, Ay de a quellas
que cosen coxinetes á todos cobdos de manos: y hazen ve-
letas sobre la cabeza de toda edad para caçar las almas.

A 2

Versio

Versio Italica Diodati:

Il e Così ha detto il Signore Jddio, guai à quelle che cuciono de' piumacci-voli a tutte le ascelle; e che fanno de' veli sopra'l capo delle persone d'ogni statura, per cacciare all'anime.

Versio Gallica:

Ainsi a dit le Seigneur l'Eternel, Mal-heur sur celles qui cousent des couffins pour s'accouder le long du bras jusques aux mains, Et font des voiles pour mettre sur la tête de toute stature, afin de chasser aux ames.

Versio Anglicana:

Thus saith the LORD GOD, woe to the women that sow pillows to al arm holes, and make Kerchiefs upon the head of every stature to hunt soules.

Versio Vulgata:

Hec dicit Dominus Deus: Vae quæ consuunt pulvilos sub omni cubito manus: Et faciunt cervicalia sub capite uniuersæ etatis ad capiendas animas.

Versio B. Sebast. Schmidii:

Sic dixit Adonai Jehovah: Vae consuentibus pulvilos subter omnes axillas manuum mearum, (populi mei)

S. facientibus pepla super caput omnis staturæ ad venandum animas.

Versio B. Lutheri:

SO spricht der HErr der HErr: Wehe euch / die ihr
Küsszen machet den Leuten unter die Arme / und
Pföhle zu den Häuptern / beyde Jungen und Alten /
die Seelen zu fähren.

Totum hoc Ezechielis caput decimum tertium, cuius particula est versiculus noster octavus & decimus, plenum deprehendimus irarum & comminationum. Illi, quos haec ab initio capituli ad 17. usque versum tangunt, nominantur prophetæ Israelis, nullo jure titulum hunc sibi vindicantes. Prophetabant enim de corde suo, id est, ex proprio sensu & animi sui libitu, non ex sententia Domini, somnia sua pro veris prophetiis obtrudentes. Turgebant propterea suis ampullis, admirabilem efflantes scientiam, & veris prophetis ferociter insultabant. Similes istos Deus dixit esse vulpibus in desertis, cuncta occulta & dolose agentibus. Comparat eosdem, cum illis tinctoribus live albariis, qui nihil procurant, quam ut, testorum aliquod speciosum oblinentes, oculos populi perstringant, specie structuræ convenientis & aptæ, cum tamen omnium sit ineptissima. Nocet hoc hominum genus, non docet. Eorum cum fuisset pro Israele intercedere, saluti consulere publicæ, populum ab

A 3

ab

ab impietate revocare, adeoque iram DEI avertere; isti contra laetabant populum falsa spe & vanis verborum lenociniis, quod adhuc complementum sit habitura eorum prophetia. Dicebant pacem esse, cum pax non sit. Atque his omnibus extrema cum malitia ac audacia prætendebant sacrum DEI nomen. Tantis ausibus obicem positurum se Dominus exercituum minatus fuit, non verbis & consilio duntaxat, sed etiam manu & opere. Interminatur igitur illis excidium certissimum. Si Israëli aliquando reditus concedetur, illi non revertentur, utpote aut ante mortui, aut a piis exclusi. In libro vitae, sua culpa, nullum habebunt locum, nec in hac nec in altera patria. Imo ante reditum ipsi se deprehendent falsos, quando Deus Chaldaeos adducet, per quos parietem & inepta superinducta artificia disjicit & fraudes discutiet, eosque pudefaciet.

§. 2. Quemadmodum vero nullum est dubium, in priori capituli hujus parte, Dei prophetæque sermonem esse directum contra viros prophetas; sic etiam nonnullis videtur in sequentibus verbis à versu decimo septimo ad finem usque capituli idem esse objectum personale, contra quod Deus per prophetam loquitur, nimirum viri, Israëli vana & falsa de corde suo prædicentes. Licet enim propheta faciem suam dirigere jubeatur contra filias populi, nihil tamen obstare putant, quo minus per eas ipsi pseudoprophetæ intelligentur, & mulierum nomine veniant, quia molli essent animo & non virili. In subsidium quoque vocant alia loca, in quibus hæc significatio locum habere potest.

e. g.

c. g. Esaiæ 3. v. 12. & mulieres dominantur. Cap. 19. v. 6.
 Ægyptus quasi mulieres. Jer. 50. v. 37. ut sint quasi mulieres:
 Nah. 3. v. 13. Ecce populus tuus mulieres in medio tui. Et
 prophani scriptoribus in more fuisse deprehendimus
 ignavos & timidos appellare mulieres. Sic Homerus
 vocat Ἀχαιας, οἱ δὲ Αχαιες, Achivias, non amplius Achi-
 ues, & eum imitatus Virgilius: O verè Phrygiae, neque
 enim Phryges. Imo ipse Deus in textu v. 5. videtur
 istorum pseudo-prophetarum timiditatem arguere:
 Non ascendistis, inquit, ex adverso, neque appositiis mu-
 rum pro domo Israël, ut staretis in prælio in diē Domini.

§. 3. Verum enim vero, et si haec extra contex-
 tum viris prophetis convenire posse lubenter conce-
 damus, in hac tamen rerum verborumque serie, non
 viros, sed mulieres easque prophetissas indigitari, non
 una nobis suadet ratio. Expressæ enim vocantur v. 17.
 filiae populi, & v. 18. cædem latent in forma participij, quod
 est generis feminini. Harum autem vocum significa-
 tioni nativæ tam diu inhæremus, donec nos urgeat
 aliqua necessitas, ob quam ab illa recedere cogamur.
 Accedit & illud, quod propheta valde apposite & ele-
 ganter viris tribuat ædificare parietem in versu decimo,
 mulieribus vero v. 18. consuere pulvilos; cum femi-
 narum sit hæc trahere, virorum autem ædificare &
 struere, quæ ad munimenta pertinent. Præterea etiam
 & hoc ex utroque Testamento notissimum est, muli-
 eribus quibusdam prophetæ donum fuisse concessum,
 non quidem eo sensu, quo Esaiæ uxor vocatur, בָּבְנַת
 prophetissa Esaiæ 8. v. 3. quia maritus propheta fuit,
 more loquendi ecclesiæ & veteri & hodiernæ usitato;

sed

sed quoniam ea, quae viris prophetis alias propria erant, & ipsis quoque competebant. Quis ignorat sororem Aaronis & Moysis prophetissam Exod. 15. v. 20. salutari? Illa enim arcana religionis exposuit, laudes divinas instinctu spiritus sancti praedicavit, & prophetarum more fuit locuta; quemadmodum & ipsa in altercatione iniqua cum Mose ad haec dona provocat: *an tantummodo per Mosen locutus est Jehovah, nonne & per nos* (me atque Aaronom) *locutus est?* Num 12. v. 2. Nec minus nobilis erat Debora נבניאת השם foemina prophetissa Jud. 4. v. 4. cuius quidem vaticinia & hoc & sequenti capite quinto extant. Haec spiritu divino afflata nomine Jehovah praecepit Barak, ut ad montem Thabor colligeret sibi decies mille viros e filiis Sebulon & Naphtali: prænuncians futurum esse, ut Deus Sisseram principem militiae in manus ejus traderet. Trigam celebrium in veteri testamento prophetissarum compleat Hulda, quae tantæ fuit autoritatis, ut rex Josias ex ea quæsiverit, quæ fata regni Israëlitici essent futura. Prædictum enim regno exitium ob varia quæ commiserat peccata, regi vero nomine DEI sequentia nunciavit: *Propterea, inquit, Jehovah, ecce ego faciam ut aggregeris ad patres tuos, & aggregeris ad sepulchra tua in pace, ut non videant oculi tui, totum illud malum quod ego inducturus sum contra locum hunc* 2. Reg. 22. v. 14. & 2. Chron. 34. v. 24. Et, si Salomoni Jarchi in priorem locum credimus, tantæ fuit apud suos existimationis, ut tradiderint, neminem unquam, seu virum seu foeminam, sepultum fuisse intra moenia Hierosolymæ, excepta domo Davidis, præter hanc solam.

Cui

Cui denique non notum est vaticinium Joelis 2. v. 28,
 quo Deus non filiis duntaxat sed & filiabus donum
 prophetiae, temporibus Messiae, conferendum pro-
 misit. Arbitrantur quidem aliqui genus illud proph-
 tarum ordinarium in utroque sexu jam cessasse ante ex-
 ortum Messiam, id quod etiam concedit Lightfootus
 in horis hebraicis ad Luc. 2. 36. p. m. 738. cum per qua-
 tuor annorum retro centurias aut circiter, ne unus qui-
 dem isto nomine dignus fuerit; licet judaici scripto-
 res honorifico isto titulo nonnullos cohonestent. Ni-
 hilominus appropinquate aurora evangelii hoc do-
 num se iterum exeruisse recte judicat. Taceo nunc
 Mariam matrem Domini ejusque cognatam Elisabe-
 tham, Spiritu Sancto impulsas, & mentionem dun-
 tax facio Annæ Phanuelis filiæ, quæ expresse Luc. 2.
 v. 36. fuit ornata nomine prophetissæ, quæ de Christo
 loquebatur omnibus, qui exspectabant redemtionem
 Hierosolymis. Huic adhuc jungimus quatuor filias
 Philippi evangelistaræ, quæ erant virgines prophetan-
 tes Act. 21. v. 8. id est, quæ non tantum insignem peri-
 tiam interpretandi scripturas, sed etiam facultatem fu-
 tura prædicendi habuerunt. Neque per proxima se-
 cula post Christum natum statim cessasse prophetiae do-
 num, tot sanctorum patrum ostendunt testimonia, quæ
 penitus rejicere nemo audebit. *Conf. Herm. Witsius*
Miscellan. sacr. lib. I. cap. 23. seqq.

§. 4. Ut i vero id extra omne dubium esse posatum jam
 deduximus, quasdam mulieres utriusq; Testamenti tem-
 pore, fuisse prophetissas, Spiritu sancto impulsas, sic &
 nonnullas hoc habuisse commune cum viris prophetis,

utriusq;

B

fed

sed falsis certum est, ut sua somnia populo pro verbo Dei
 voluerint obtrusa, malo agitate spiritu. Memorabo illas
 duntas at, quae seculo post Christum nato secundo no-
 men aliquid inter suos sibi acquisivere. His tamen non
 annumeram⁹ Marci mulierculas, quas eleganter veteres
 dixerunt inani spiritu calefactas. vid. Epiphanius haeres.
 24. p. 233. Iren. adv. hær. 19. p. 71.) sed Philumenam, divini-
 tuş, ut credebat Apelles, referente Augustino hæresi 24.
 p. m. 1. 7. inspiratam ad preannuncianda futura. Hanc ex-
 pliant Prisca & Maximilla Montani sociæ, opinione spiri-
 tus propheticæinebriatae. Maximilla præcipue de se ipsa
 est ausa predicare: *Possit me nulla amplius erit prophetisa,*
sed finis sequetur. Vid. Epiphan. hæres. 48. p. 413. Hæc
 ibidem more falsorum prophetarum ad Dominum pro-
 vocavit: *me quidem non audite, sed Christum audite,* his
 quoque subjicit: *Dominus me misit laboris hujus ac pro-*
fessionis & fœderis velut sc̄t. e antiſitem, & enarratorem
& interpretem & quidem ad percipiendam Dei notitiam,
vellem nolle, majori quadam necessitate compulsa. Hæc
 ipsa est, quæ Tertulliano, viro gravi atque austero, ita
 imposuit, (lib. de anima cap. 9) ut eam crediderit reve-
 lationum habere charismata, conversari cum angelis,
 interdum etiam cum domino. Plures ex allis quoque
 seculis posseimus adduzere prophetides, si nostri id es-
 set instituti. Sed istæ sufficient, ut saltim constet &
 veros prophetas olim habuisse oppositos falsos prophe-
 tas, & prophetissas divinitus impulsas vidisse simias,
 spiritum propheticum, sed nullo jure, jaſtitantes. Ta-
 les etiam fuſſe filias illas, contraria quas Ezechiel faciem
 suam dirigere debebat, arguit illa descriptio, qua di-
 euuntur

cuntur prophetantes de corde suo. Hac ipsa enim phrasē
sub initium huius capitis prophetas falsos delineaverat,
qui & alibi quoque hoc charactere exprimituntur. Jer.
14. v. 14. *לְבָדֵךְ כִּי תַּחֲזִקְתִּי בְּעֵינֶיךָ*
s. 5. Atque his prophetissimis graves indicabantur
comminationes, eam ob causam, quod, juxta versionem
vulgatam, consuant pulvillos & cervicalia. In textu ori-
ginali duæ occurunt voces לְבָדֵךְ & כִּי תַּחֲזִקְתִּי, quae nus-
quam nisi in hoc capite v. 18. 20. & 21. reperiuntur. In-
de quoque factum putamus, ut autores, quibus hunc
locum tangere placuit, in diversas abierint partes: aliis
proprie aliis improprie textus hujus verba explicanti-
bus. Qui propriam eligunt significationem inter se
quoque non convenienter. Quidam enim verba illa
reducent per pulvillos & cervicalia. R. Elias Levita in
Thisb. p.m. 165. scribit, vocis כִּי תַּחֲזִקְתִּי singulare esse
ejus ultimi etiam esse apud Rabbinos; atque adhiberi ut
cervicalia & pulvillos. Est autem, pergit, *לְבָדֵךְ* quod
homo capiti suo supponit, germanice Hauptkissen:
non vero maius & longius est, germanice Pfuelen
vel Polster. Deducunt illud vocabulum communiter
a radice לְבָדֵךְ texit, operuit, abscondidit; licet haec deri-
vatio Mart. Delrio S. J. in quadagialibus sacris V. T. ada-
gio 908. p. 498. non placeat. Ita enim iste scribit: nec
facile deduxerim a radice כִּי תַּחֲזִקְתִּי, que operire significat, sed
potius aliunde: certe lexica ponunt in פְּנָס, quod ut ve-
lare, sic etiam adjungere & aggregare significat: quod ma-
gis convenit pulvillis, qui ex pluma, lana, tomento aggre-
gato constant, & cubito subjecti illum fulciunt, & molitie
sua circumflexa quodammodo tegunt ac velant, certe me-

trinup

B. 2

ius

tus, quam bullæ ille pectorales. Quæ posteriora uti re-
ete monet contra bullas illas, de quibus infraquædam
eruht dicenda, sic non videmus, quomodo priora
locum habere possint. Alterum vocabulum vero
תְּהִלָּתָה magno consensu dicitur descendere a radice
תְּהִלָּתָה adhærere fecit, aggregavit, associavit. Estque
juxta Buxtorfum generale nomen earum rerum, qui-
bus aliquid constringitur & conjungitur, ut adhære-
scat. Et hoc applicari commode queunt illa, quæ an-
tea dixit Martinus Delrio. Illos ergo pulvillo & cer-
vicalia a prophetissimis falsis putant nonnulli fuisse subje-
cta omni cubito & capiti omnis ætatis. Quamvis e-
nim ex veterum loquendi more cervicalia dormituris
subjiciantur, discumbentibus autem pulvilli, ne capita
vel cubiti doleant aut lassentur, nihilominus utrum-
que quoque dici potest de dormituris, ex eadem ratio-
tione. Favent huic explicationi vocum hebraicarum,
per pulvillo & cervicalia, cum versione vulgata Hiero-
nymus & Symmachus, apud Theodoreum, qui ha-
bet *υπαγκώνια* & *υπαυχένια*, quorum illa sunt cubitalia,
quæ cubitis supponuntur, hæc vero cervicalia, quæ
cervici supponuntur.

§. 6. Hanc sententiam præ aliis defensandam ex-
ornandamque sibi sumvit Jacobus Boulduc Parisinus,
ordinis Minoritarum Capucinorum prædicator, in ec-
clesia ante legem lib. 3. cap. 13. & 14. putans, per illos
pulvillo & cervicalia intelligi certos lectos propheti-
cos, super quibus prophetissimæ decumbentes falsa pro-
phetabant. Materiam horum lectorum constituit fron-
des & ramos, atque eum in finem multa aliunde con-
quirit,

conquirit, ut mestem suam illustret. Ipsum nomen latinum *lecti* dici vult a lectis herbis, frondibus & stramentis, ex quibus olim confici solebant; & græcum σιθαδιον, esse cubile ex herba sive frondibus fultum, sic dictum a stibadibus herbis ad discumbendum idoneis; nisi forte alludat ad vocem hebræam שִׁתְּרָה, quæ illi significat clathra ex ramusculis facta, super quæ prisci decubuislent. Latine etiam a tortis herbis *torum* appellari pergit, ut sciamus apud omnes gentes lectos primum esse factos ex frondibus & ramusculis arborum: imo nec sacra cubilia, qualia fuerunt cortinæ seu tristodes Apollinis, ex alia primo fuisse materia: Teste enim Ammiano Marcellino lib. 29. cortina aurea oraculi Dodonæi erat mensula instructa ad cortinæ similitudinem de laureis virgulis. Et Diodorus Siculus lib. 16. ait: *Delphinum oraculum primum conditum esse e lauri ramis ex Thessalia adiectis, in specus modum, deinde ex apibus, ex cera & aliis membranulis, unde Pterum dictum: Tertio æneum structum &c.* Et hanc lectorum materiam etiam respicere arbitratur vim verbi חַבֵּר, quod proprie intertexere significat, ut patet ex eo, quod per illud primi parentes dicuntur *confuisse*, id est, intertexuisse folia ficus (cum consui non possint) & fecisse sibi perizomata. Ex qua significatione sequitur, mulierum illarum opus non telæ vel stragulorum futuram fuisse, sed ramusculorum concinnationem, qualia Philo lib. de vita contemplativa scribit fuisse Therapeutarum (quos quoque prophetarum genus & eorum mulieres Therapeutides prophetides extitisse vult) ledisternia, nempe tegetes rudes e villy contextas materia, e papyro indigena.

digena; sic humi aggestas; ut eminendo fulcirent cubitos:
 qualia etiam Rex Josias 2. Reg. 23. v. 7. e templo ejecit,
 quando destruxit ediculas effeminatorum quæ erant in do-
 mo domini: pro quibus mulieres texebant quasi domunculas
 luci; id est ex ramusculis arborum luci.
 illi §. 7 Figuram istorum letorum quod concernit,
 eam talem fuisse conténdit, quæ habuerit duo clathra,
 ita ut propria super clathrum seu cancellum decubue-
 rit, tanquam super culcitram aut storam, ut simul a-
 liud habuerit super se pro hyperstromate, quod gallice
 dicitur *cziel du lit*, cœlum leeti. Eum in finem di-
 versis Capitibus prolixè considerat verba Jacobi Gen.
 49. filium suum dicentis accubantem inter clathra duo:
 Debora Jud. 5. 15. seq. ut quid accubuisti inter clathra duo
 ad audiendum filium gregum? & Davidis Ps. 67. 14. Si
 dormivisset inter clathra duo; atque circa hæc ostendit
 votem hebraeam וְלֹא יִשְׁכַּן vel cognaram ejus שָׁבֵרֶת
 significare cancellos, & proprie clathra ex ramis seu
 virgulis arborum texta. Sicut apud Ezechiel. cap. 40. 43.
 cancellos ferreos seu craticulas, super quas carnes ex-
 coriatæ ac frustratim incisæ ad tempus reponebantur.
 Rationes autem cur hoc nomen sit dualis numeri, has
 dat, quia virgæ ligneæ aut ferreæ & ramusculi, ex qui-
 bus sunt clathra seu cancelli, reduplicati sunt, & de-
 cussatim transverseque dispositi, vel in quincuncem
 superpositi foramina relinquentes, per quæ adspexit
 admittitur sed prohibetur accessus: præsertim vero
 quia duplex erat clathrum propheticum.
 §. 8. Usus vero horum facrorum cubilium fui-
 se, ut in illo decumberent, qui divina quærebant ora-
 cula,

11.

cula, passim innuunt profani scriptores. Ita apud Plautum legitur: *namque incubare te fuerat satius Jovi*, qui tibi in jure jurando auxilio fuit, id est, Lambino exponente, satius fuerat, te in Capitolio, seu templo Iovis Capitolini dormire ad accipendum responsum super eo quod quereres. Et ibidem paulo ante: *quis hic leno ægrotans inebat in Æsculapii fano?* Nempe quis ægri in templis Æsculapii incubabant, ut saltem in somnis moniti, aliquid morbi laxamentum aut levamentum ab eo consequerentur. Cicero quoque libro de divinitatibus, atque etiam, inquit, qui præerant Lacedemoniis non contenti vigilantis curis, in Pasiphæc fano, quod est in agro prope urbem, somniandi causa inebabant. Hunc vero usum consulendi Deos cubando & quidem super arborum ramusculos, divinae gloriae ænulum diabolum ex sacris hebraeorum in suum regnum, quod apud gentiles late se extendebat, transstulisse idem judicat. Quodur probet, a Rebeccæ exemplo orditur, eamque cum consuleret Deum Gen. 25. e. 22. dormivisse super ramusculos aida. Ceteris scribit lib. 3. cap. 16. p. 358. Dictem suæ sententiæ adducit Cornesoren historiæ scholasticæ auctorem Abulensi ditatum: Secundum scholasticam históriam, inquit ille, dicitur quod Rebecca ivit ad montem Moria, quem locum sanctum esse credebat, ubi Abraham altare struxerat, cum voluerit immolare filium, & factis ibi victimis in holocaustum posuit se super pelles sacrificiorum, ut in somniis Dei veritatem audiret, sicut contingebat multis prophetis. Et ne phantasticis somniiorum illusionibus falleretur, sed a Deo nuda veritas patiebatur (juxta morem gentium) folia lauri, qua tripodes vocant & folia agni casti, quæ est herba somniorum obvians phantasiis, capiti suo suppo-

*supposuit, & sic dormiens a Deo responsum accepit, quod
sequitur. Sc.* Probat hæc omnia, si illud exceperis,
quod a paganis hunc cultum didicerit Rebecca, cum
potius illi longe posterioribus temporibus, quæ ipsa
pie usurpasset, inique & impie ad sua falsa oracula
quæritanda assumserint. Neque secundum illum Re-
becca rem novam fecit, sed tunc a prophetis & præ-
fertim ab Abraham fieri solitam. Provocat ad psal-
morum LXXXVIII. & LXXXIX. titulos, quorum alter
habet מְשֻׁכֵּל תָּחִים intellectus ipsi Heman Ezra-
chite: alter vero מְשֻׁכֵּל לְאַתָּה תָּרֹח intellectus ipsi E-
than Ezrachite: Et cum Ethan fuerit propheta dum
¶ Par. 25. 5. appellatur בָּבְרִי הָלִילim *videns*
Regis in verbis Dei: Idemque colligi possit de Heman
eodem titulo Ezrachite gaudente: Ezrachita porro
derivetur ab אֶזְרָחִית, quod arborem significat, quæ ob suam
pulchritudinem & viorem manifesta est, inquit R.
Kimchi, quam alii laurum esse dicunt ex Ps. 73. v. 38. &
hac ratione idem sit ac laureatus vel laureofus vel etiam
Laurentius vel utens lauro, hinc colligit Heman & E-
than fuisse consultores seu prophetas, qui decumbere
solebant super lauri ramusculos, vel super clathra lau-
ri ramusculis intertexta, ut puriora essent eorum so-
mnia, in quibus Deus voluntatem suam ostendebat &
manifestabat illis. Quod si jam Heman est Moses,
Ethan vero Abraham, ut vult Hieronymus in quæ-
stionibus seu traditionibus hebraicis in 3. Regum Tom.
4. fol. 113. b. mirum non est, si Rebecca ut consuleret
Dominum, dormiverit super ramusculos lauri: nihil
enim aliud faciebat, quam quod patrem Ezrachitam
omni ingredi cunctaque ruris loco per nocturnos adiret & au-

& laureo sum Abraham saepe viderat facientem & ab illo facere didicerat. Mosi vero Strabo lib. 16. etiam tribuit decubationes: *Docebat ille, inquit, omnem statuarum fabricationem omittere oportere, & fano ac templo augusto certis finibus circumscripto, quod Deo consecraretur eum Deum colendum & in eo templo vel pro se quemque vel alios, qui essent ad bene somniandum apti natura, pro aliis incubare oportere, & iis qui temperanter & juste vivunt a Deo donum aliquod aut signum esse expectandum, aliis vero nihil tale expectandum.* Cui jungit Iuvehal. Satyr. 6.

Arcanam Iudea tremens mendicat in aurem

Interpres legum Solymarum & magna sacerdos

Arboris ac summi fida internuntia cœli.

Eamq; ita explicat, quod Moyses mendicaverit ad aurem fida internuntia arboris & cœli h. e. oracula cœli per arborem. Testes porro advocat ex Idumæa, dum Eliphaz Jobum 4.12. seq. alloquitur: *Et ad me verbum furtivum datum est: suscepit auris mea pusillum ex eo, in ramusculis a visionibus noctis, in cadere soporem super homines, vel, ut ipse explicat מִשְׁמָר propheta; quo in loco habetur vox קֹדֶשׁ, quæ teneras arborum extremitates importat.* Alter est Elihu cap. Job. 33. 15. sic dicens: *Per somnium visionis noctis, cum cadit super homines in decubationibus super cubile.* Ubi cubile in singulari denotat peculiare quoddam lecti genus, ad hoc negotium præcise destinatum. Huc denique refert ista cubilia, in quibus sancti decumbentes præconizabant Deum Ps. 149. 5. id est, super quæ non duntaxat ad dormiendum decumbebant, ut Deum considerarent, sed plerumque etiam vigilantes in faciem prostrati orabant *lacrymis ea rigantes*

tes Ps. 6.7. & super quæ memores Dei erant, in matutinis meditantes in Deum Ps. 63.7.

§. 9. Tandem etiam modum decumbendi in illis lectis propheticis nobis describit idem autor; debuisse nimirum decumbentes non pronos aut supinos sed super latus fese aptare; & hoc tam propter honestatem, quam ut verbum a Deo furtive dictum venasque fusurri ejus melius aure fusciperent, ut loquitur Eliphaz de sua visione: quod Juvenalis vocavit, *arcana mendicare in aurem*. Illustrat id exemplo Ezechielis, cui a Deo præceptum datur cap. 4, 4. seq. ut dormiat (utique more prophetarum) primo *super latus suum sinistrum ponendo iniquitatem domus Israel*; (id est, poenam pro iniquitate paulo ante in tegula sub figura duræ obfisionis descriptam) *sub eo*, id est, sub axilla sua, *numero dierum quibus dormiturus est super illud latus*; statimque promittitur futurum, ut inde *assumat* (per revelationem vel responsum a Deo) *iniquitatem eorum*, id est, poenam, quam pro sua iniquitate passuri sunt. Rursum præcipitur ei, *ut dormiat super latus suum dextrum secundo, ut inde assumat iniquitatem domus Juda*. Sic pro genio suo Ezechielis exemplum singulari glossa ad prædicto auto-re diversis in locis notata observavimus, summatim consideremus, non aliam ille potuit de hoc loco ferre sententiam, quam quod Deus simpliciter non reprehendat positionem pulvinarium sub cubito vel axillis, sed quod sine discrimine hoc fiat apud populum suum, ut important ista juxta hebræum verba: *sub omnibus axillis manuum mearum*.

§. 10. Sed de pulvillis & cervicalibus ad ductum
Boulduci satis diximus. Sunt & alii, qui voces illas
quoque proprie sumtas volunt pro phylacteriis & amu-
letis. Hos inter præcipue nominamus *Hieronymum*
Pradum. S. J. in explanatione in prophetæ Ezechielis
cap. XIII. 18. p. 158. seq. Is enim provocat ad scholiaстes
quosdam Græcos, quorum aliquis sequentem in mo-
dum verba prophetæ transfert: *νε φαcentibus phyla-
lacteriis & appendentibus brachii suis & imponentibus ea
super caput cuiusque etatis ad evertendas animas.* Φυλα-
κτήσιον vero, præterquam quod multis in locis idem di-
cat ac Φυλακτίον, præsidium ac munimentum, etiam si-
gnificat antidotum contra venenum & amuletum. Sic apud Dioscoridem lib. 5. de lapide selenite legimus, καὶ
διην Φυλακτήσις περιδιαματι ἀντὸς τῆς γυναικεῖς χράντας pro
amuleto sibi eum alligant mulieres: & eodem libro de ja-
spidibus lapillis, πάντες εἶναι λέγονται Φυλακτήσια περιδιαμά,
omnes pro amuletis alligari feruntur. Scimus etiam per
multa tempora initium evangelii secundum Johannem
tamquam amuletum, ex collo fuisse suspensum; quem
tamen morem damnavit Antiochena Synodus, expref-
so etiam nomine Φυλακτηρίων. Vid. Stephanus in hac vo-
ce. Adducit quoque Polychronium, qui dicit: *Ac-
cusat enim non solum eas, quæ responda dare ac vaticinari
conabantur, sed etiam quæ amuletis circumalligatis, in-
cantationibus & cantilenis nescio quibus utebantur.* Po-
lychronius adhibet vocem περιδιαμά, quæ generaliter
id denotat, quod circumnequitur & circumalligatur ali-
cui, sed peculiariter περιδιαμά appellabuntur, que-
cumque ad arcendas noxas alicui corporis parti (præ-
evidit)

fertim autem collo) alligantur, unde etiam amuleta interpretatur Budaeus. Vid. Stephanus in voce πιράπτω. Secundum horum ergo græcorum expositionem, pulvilli & cervicalia proprie sumuntur, & significant amuleta, phylacteria, nomina, bullas collo suspensas, quibus striges illæ munire se dicebant vanissimos homines adversus omnino incursum. Græcis his favere Pradus putat hebræas voces. בְּסָתוֹת enim ortum habet a כֶּסֶת operuit, texit. Hinc omnia nomina significant operimentum, velamentum, prætextum, & quicquid obtenditur, ut aliquid abscondas vel dissimules. Unde vox בְּסָתוֹת dicit munus, largitionem, qua obtieguntur & capiuntur oculi, ut Gen. 20. 16. ecce dedi mille argenteos fratri tuo: ecce ipsum tibi בְּסָתוֹת operimentum oculorum. Hoc ergo loco בְּסָתוֹת significabit rete, telam, prætextum, quem obtendunt aucupes ad capiendas aviculas, ut ex contextu horum verium videtur apparet. Versu enim 20. dicitur, quod prophetissæ istæ venentur animas ad e-volandum, id est, venentur animas quasi aves: Deus vero velit בְּסָתוֹת dirumpere de brachiis venantium, id est retia & pedicas, quas solent aucupes portare brachio altero, altero extendere; & dimittere animas, id est, discissis retibus liberas volare permisurus sit animas. Similia prædicat de altera voce נַיְשׁוּן quæ descendit a נַעֲלֵם jecit, adjecit, dimisit, extendit sortem vel rete: ex qua esse נַעֲלֵם Leu. 13. 6. plaga, macula, scrobs, quæ cadit vel jacitur super carnem. Dicitur autem hoc nomine scabies vel lepra, quia quasi rete suntulis, plagiis & maculis variatur. Si ergo græca illa cum his hebræis conferantur, existimat Pradus græcis vocibus

21.

vocibus detegi rem, hebraicis vero ejus figuram & modum, quod scilicet vetulæ illæ revera appenderint aut ligarint collo & brachiis consulentium antidota: ea vero fuerint quasi bullæ reticulatæ, vel nomina, ut vocamus, acu picta s. utilis collo appensa; *catenulae* autem vel retia brachiis alligata, ex quarum figura Spiritus S. occasionem sumferit alludendi ad venationem, cum dixit *ad capiendas venandas*, inescandas vel irretiendas *animas*; ex situ autem LXX. Symmachus & Hieronymus ansam acceperint ad vertendum pulvilllos & cervicalia, quia videlicet bullæ e collo appensæ cervicalia dici possunt, quod in eis quasi in molli cervi ali securi & quieti dormirent, qui eas gestabant; catenulas vero brachiorum pulvilllos jure appelles, quod brachia protegerent ab omni impetu adverso melius quam pulvilli: neque enim necesse est pulvilllos esse, quibus cubiti niterentur, cum hebraice habeatur super omni axilla manus h. e. super brachio ad manum seu prope manum, ubi ligari solent ejusmodi ornamenta & munimenta. Hac ratione Pradus sententiam suam non duntaxat cum gracie scholasticis, sed eandem etiam cum aliis interpretibus diverso respectu conciliatam voluit.

S.ii. Media inter sententias hucusque explicatas incedere videtur ista, quam Isidorus Clarius refert sequentib⁹ verbis: Mulierculæ magica instructæ arte, confuebant pulvilllos & s. ifc. tantum virorum axillis induebant, & pepla, hoc est, tenuissimos lineos pannos imponebant capitibus eorum: quasi per hæc indumenta apta fierent ad suscipiendum oratum sacrum. Quin & ipsæ interim ea, quæ commentæ erant, insipientium ingebant

reabant auribus, quod hæc vel illa eis essent eventura. Idem quoque observavit, quendam illa verba: *E faciunt pepla super caput universæ statuæ*: sic exponere, quod viri & mulieres erexit steterint ante illas pseudo-prophetissas & earum incantamentis dementati, quod volebant, didicerint. Ex prima igitur sententia assument pulvillo, ex altera autem pepla sive velamina capitum. Et huic favent LXX. qui habent προσεφάλαια, cervicalia, pulvinos & pulvinaria, capiti decumbentis supponenda, & ἐπιθέλαια, quæ in lexicis vulgatis idem dicunt ac ἐπικίνδυνα id est vestimenta exterius adjecta; vel, quia hoc loco restringuntur ad θεάτρον, denotabant capitum velamina. Favent & aliæ versiones, ut Hispanica habet coxinetes pulvillo & veletas velamina parva; quemadmodum etiam *veleta de pescados* denotat certum genus retis, quo pescatores utuntur: Italica legit *piumacri voli*, id est, *piccolissimi guancialini* pulvillo, qui opponuntur *pimacco*, vel *guanciale longo*, pulvinari; *E veli*, id est velamina. Italorum autem *velo* ut generaliter significat id omne, quod operit & tegit, sic specialiter est, *con che le donne adornano il capo*, illud velum, quod capiti ornatus gratia a foeminis imponitur, atque sic apposite hoc loco hæc vox fuit adhibita. Similiter Galli a habet *couffins E voiles*, & Anglica, *pillows E Kerchiefs*. Nec ab his abludit novissima latina versio, a B. Seb. Schmidio adornata, *pulvillo E pepla exhibens*.

§. 12. Quarta adhuc superest sententia, quæ pulvillo & pepla non proprie sed metaphorice accipit, prophetiam hanc non rerum sed verborum esse contendens. Hanc præ ipue sequuntur illi scriptores, qui adagia

adagia sacra suis illustrarunt meditationibus, ut Joachimus Zehnerus cent. 4. adag. 64. p. 656. seq. Martinus Delrio S. J. loco supra citato p. 497. & alii. Hi autem habuere in hac explicatione duces ecclesiæ doctores, omni tempore celeberrimos, ad capita diversa nostri prophetæ verba transferentes. Primo quidem observamus, proxime illa applicari posse concionatoribus aliisque ecclesiæ doctoribus parasitis, qui auditores, in utramque aurem otiose dormientes, non modo a somno peccati non excitant, sed & illorum mollitiem suis affectionationibus blande fovent ac sufficiunt. Origenes hom. 3. in Ezech. p. m. 626. seq. præter voluptuosos, maxime docentes in ecclesia, tangit, postquam monuit, se verba illa proprie accipere non posse. Hæc sunt, inquit, quæ prophetantibus filiabus populi reputantur quasi magna peccata. Quis autem potest in verbo consistens dicere, quia si quis cervicalia confusat, &c., confusa sub cubito ponat alterius delinquit, & a Deo corripiatur? Quis potest afferere, quia si quis vela mina faciat ad tegendum caput universæ ætatis, impie agat? Invitis nobis ab ipsa scriptura necessitas imponitur, ut ab apicibus literæ recedentes, verbum, & sapientiam & voluntatem ejus requiramus ad appetienda peccata, quæ clausa sunt, ad illuminanda quæ caligant, ut possimus a maledicto extranei fieri, dum agnoscimus, quid sit, cui maledicitur. Væ quippe, ait, his, qui afflunt cervicalia sub omni cubito manuum, sive manus. Signum autem mihi videtur voluptatis, carnea, sub cubito manuum cervicali assumptum. Quia enim in tempore discumbendi ad beneficia corpora,

„lia videmur uti consutis quibusdam, & acupictis sub
 „cubito manuum nostrarum, forsitan sermo divinus
 „per istiusmodi figuram & argumentum eos culpet
 „magistros, qui per vaniloquentiam & beatas quoq;
 „repromissiones multititudinem audientium libidini, vi-
 „tiis, voluptatique permittunt. Debet enim Dei ver-
 „bum & Dei homo ea proferre, quæ saluti sunt audien-
 „ti, quæ illum hortentur ad continentiam, ad conversa-
 „tionem sanorum actuum, ad cuncta, in quæ homo
 „studiosus laborum & non libidinum debet incumbe-
 „re, ut possit ea consequi, quæ a Deo sunt promissa.
 „Cum ergo aliquis aptus moribus populi, ut placeat
 „eis, quibus aures pruriunt, loquitur, quæ gratanter
 „accipiant, loquitur quæ vicina sunt voluptati, talis
 „magister consuit cervicalia sub omni cubito manus.
 „Sequitur hoc peccatum habentem, ut faciat etiam a-
 „mictus ad velandum caput omnis ætatis. Cujus au-
 „tem rei figura sit etiam velamen, cautius confidere-
 „mus. Qui fiduciam habet, & vere vir est, velamen
 „non habet super caput suum, sed intecto capite orat
 „Dominum, intecto capite prophetat, per signum cor-
 „poralis rei etiam spiritualem latenter ostendens, ut
 „quomodo non habet velamen super caput carnis suæ,
 „ita non habeat velamen super principale cordis sui.
 „Si quis vero confusionis velamen gerit & peccati, iste
 „quasi muliebria velamina habet super caput suum.
 „Itaque cum aliquis docuerit eā, quæ aurem populi
 „mulcent & strepitum potius laudatorum, quam ge-
 „mitum moveant, si blandus inimicus palpaverit po-
 „tius quam secuerit vulnera, talis homo amictus an-
 texit

texit in capite. Cum autem in luxuriosam orationem,,
dicentis se sermo fuderit, & in lascivum persultaverit,,
eloquium, antexit velamen super caput omnis æta-,,
tis, non modo puerorum & juvenum verum etiam,,
senum. Quomodo enim faciet signa & portenta ad,,
decipiendos (si fieri potest) etiam doctos falsus Chri-,,
stus, & falsus propheta. Similiter & hi qui ad volu-,,
ptatem meditata deportant, & ista semper inquirunt,,
quaæ delectent potius audientes, quam convertant a,,
vitio, faciunt velamina super caput non modo pue-,,
rorum & juvenum, sed (si fieri potest) senum quoque,,
& patrum, in tantum ut etiam eos decipient, qui,,
juxta laborem animæ in spirituali ætate & senio pro-,,
cesserunt. Et potuit quidem dicere propheta, super,,
filios populi tui qui prophetant, sed quasi omnes qui,,
velamina contexant, & cervicalia consuant sub omni,,
eubito manus, mulieres fint, & nullus inter eos viri,,
nomine dignus habeatur, ait, propheta. In filias,,
populi tui quaæ prophetant de corde suo & ea faciunt,,
quaæ sequuntur. Effeminate quippe sunt eorum ma-,,
gistrorum & animæ, & voluntates, qui semper fo-,,
nantia, semper canora cōponunt, & ut quod ve-,,
rum est dicam, nihil virile, nihil forte, nihil Deo di-,,
gnum est in his, qui juxta gratiam & voluntatem,,
audientum prædicant: idcirco omnes filias potius,,
quam filios dixit affuentes cervicalia. Et observa pro-,,
prietatem verbi: Affuentes ait, non, Contexentes.,,
An ignoras quod tunica domini tui Iesu nihil in se ha-,,
beat consutile sed ex omni parte contexta sit? Istæ,,
ergo consuunt dicta dictis fraudulenter & callide, af-,,
fuentes

„suentes potius quam contexentes, & faciunt cervicilia, non in quibus capitare reclinent, sed in quibus cūbitum: id est ut manus eorum non sint in labore, non in opere lacecant, sed sint in requie, sint in otio, sint in his gestis quæ voluptatibus serviunt. Hæc autem quæ dicimus ita se habere, ut a nobis intellecta sunt, sequens sermo prophetæ lucidius ostendit dicens: Hæc dicit Adonai dominus: Ecce ego ad cervicalia vestra, in quibus vós convertitis illuc animas in dissolutionem. Theodoretus interpret. in Ezechiel loco supra citato in genere hoc tangit: *Hic*, inquit, per translationem molliores ac mitiores innuit sermones: cervicalia enim & pulvinaria requietem quandam & solatium afferunt membris, quibus supponuntur: & molliora verba cum falsa sint, ad tempus aures titillant, sed omnis generis eversiones animis afferunt. Sic & Gregor. M. mor. 18. 4. Quisquis aut male agentibus adulatur, pulvillum sub capite vel cubito jacentis ponit, ut qui corripi ex culpa debuerit, in eo fultus laudibus molliter quiescat. Placuit etiam Plutarcho in libello de discrimine adulatoris & amici p. m. 278. ad eandem respicere metaphoram: *Quemadmodum in Menandri comœdia falsus Hercules inducit, clavum gestans, non gravem, neque robustam, neque rigidam, sed molle quoddam & inane figuratum, sic arbitror assentationis libertatem iis qui capiant experimentum, mollem videri, minimeque gravem neque rigorem habentem, sed idem facientem quod solent muliercularum capitibus impositæ struunt (i. e. cervicalia, τὰ γυναικῶν περοτύχα αἰσιοῖς, quæ cum videantur earum capitibus reniti atque resistere, cedunt magis & obsecundant. Itidem & ista fucata dicendi libertas, quum*

27.

quum inane falsum & carum habeat pondus, attollitur quidem ac tumet, ut subsidens & contrahens se, capiat & pariter abripiat in illum se eoncipientem.

§. 13. Hieronymus vero comment. lib. 4. in Ezech. cap. 13. ad doctores falsorum dogmatum hanc prophetiae particulam, quae de prophetis & prophetissimis agit, transferendam esse judicat: Nos autem ita dicemus, alios haereticos falsitate dogmatum suorum, praedicare virtutem. Quorum fuit Pythagoras & Zenon, a quo Stoici, Indorum Brachmanes & Aethiopum Gymnosophistae; qui ob viatus continentiam, miraculum suis gentibus tribuunt. Resteque dicuntur parietem linire & aliquam fortitudinem polliceri, sed quia Christi non habent condimentum, vanus est, eorum labor & peritura ædificatio. Nisi enim Dominus ædificaverit domum in vanum laborant, qui ædificant eam. Alii autem voluptatum libidinisque doctores, dicuntur confusere pulvilos, & ponere sub omni cubito manus, Epicurei & Pyrrbonii: Apud nos Jovinianus & Eunomius, qui dicunt: manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Et paulo post: Ne igitur his haeresibus hisque doctrinis, que requiem pollicentes, omnem atatem sexumque decipiunt. Posset forte & aliorum commen-tationes his subjungi, nisi has ipsas pro ratione instituti nostri sufficere judicaremus.

§. 14. Sed quænam ex his tandem eligenda sit sententia, paucis adhuc erit dispiciendum. Nimirum inter sententiarum illarum divertia medii incedemus, atque hoc in loco & rerum & verborum prophetiam certo modo contineri forte non abs ratio-

ne statuemus. Figuratam explicationem commode procedere ex Origenis præsertim deductione observavimus supra. Corripiuntur scilicet prophetissæ, quod Iudeis in suis sceleribus adulentur & applaudant, ut conscientiæ eorum, quam subiectis omni ex parte pulvillis, quietæ sint, nec ullis fodiantur aculeis. Et verba & res verbis significatae multiplices illarum fraudes eleganter exprimunt. In eo præterea conveniebant prophetissæ cum prophetis in priori capitatis parte, quod variis verborum lenociniis populum semper suspensum habuerint, pacem illi promiserint, cum pax non fuerit, atque securum eundem esse jussarent, cum mala undique jam imminerent. Imo cupidine luxuri & studio placandi ita fuerant abreptæ, ut non duntaxat peccatoribus optima quæque prædicere, sed & piis atque innocentibus malorum ultimum, ipsam mortem, minari fuerint ausæ. Sic enim edocemur in sequentiibus Dei prophetæque verbis vers. 19. *Et prophanaſtis me in populo meo propter pugillos bordei & in buccellis panis ad interficiendum animas quæ non morientur, & ad vivificandum animas quæ non vivent in mentiendo vos populo meo audientibus mendacium.* Et v. 22. *Pro conterere cor justi mendaciter, & ego non dolore affeci illud: & confortando manus impii, ad non redeundum a via sua mala vivificando eum.* Verum enim vero nec literalem significationem penitus deferendam esse putamus, cum Deus sine dubio respexerit morem prophetissarum, vel tunc vel olim etiam usitatum, unde cunque tandem acceperint, certe populo non ignotum. Quemadmodum enim Dominus in correptione virorum prophetarum digitum

igitum intendit ad peculiares, populo tamen notissimas actiones, nimurum ædificare parietem & eundem oblinire luto absque firmitate, quarum illa populo, haec prophetis tribuntur; sic etiam in comminatione, contra prophetissas directæ, adhibuit actiones foeminiæ alias proprias & populo non minus notas, confuere pulvilloς & facere vel a se retia. Ne vero quis putet, inde potius sequi, prophetissas nec consuisse proprie pulvilloς, nec fecisse vel amina vel retia super caput omnis staturæ; cum nec viri prophetæ proprie obliniverint parietem luto absque firmitate: sciendum omnino est, quod ut veri & falsi prophetæ sepe in more habuerunt non solum verbis sed etiam factis prophetae, sic & prophetissas similia interdum fecisse nulli dubitemus. Accedit ingenium mulierum præcipue sacrarum, quibus nunquam non solenne est ceremonias non duntaxat actionibus suis addere sed & multiplicare.

§. 15. His igitur positis, eorum, qui proprie haec omnia accipienda esse volunt, sententias universim probare non possumus. Boulducius præcipue, ut in aliis, non tam mentem suam ex sacra scriptura efferre videatur, quam eidem inferre. Hinc illi ante diluvium *Enocæ & Cinae* sunt primæ religiosorum fodalitates, post diluvium *Cenesæ* aliique: *Raphaim, Emim, Zazim* &c. primi post cataclysmum mundi ac pietatis restauratores: *Enacim* ordinis torquatorum viri. &c. Pari modo se res habet cum illis lectis propheticis, quos ut confueret, multa hinc inde conquisivit male cohærentia. Licet enim vel maxime illi concedamus sacros fuisse lectos gentilibus usitatos, imo etiam non nege-

mus, filias populi, ut alias ad pravam imitationem pro-
 clives erant, tales interdum adhibuisse, tamen multa alia
 sunt, quæ figuram, originem, modum aliaq; concernunt,
 nullo firma stantia talo. Taceo nunc illud, quod huic
 sententiæ objici potest, probabile non esse, omnibus
 cubitis pulvillois veros suppositos, aut cervicalia sub-
 ministrata capiti universæ ætatis; cum responsionis
 loco dici queat, licet non singulis generum, tamen
 gerieribus singulorum fuisse pulvillois & cervicalia sup-
 posita. Circa materiam potius, paucis tamen, mone-
 mus, quod talem in gentilium sacris fuisse adhibitam
 quidem sciamus, eandem vero vel Ezechielis ævo, vel
 ante hujus tempora, obtinuisse, nec verbum חפץ nec
 locus 2. Reg. 23: 7. id probet. Non illud, cum si vel
 maxime pro intertexere accipiatur, de pannis æque
 ac de foliis ac frondibus hæc significatio procedet. Non
 iste, cum ibi non lectorum fiat mentio, sed domuncularum,
 quæ ex ramis & frondibus forte texebantur,
 ut species saltim lucorum appareret in adumbrato luco.
 Alius quoq; illarum domuncularum usus observatur, ni-
 mirum ut ibi haberent opportuna libidinum suarum
 diverticula. Similiter circa figuram ipse Boulduc jam
 observavit, quod Mererus multiplicem enarratorum
 sententiam de vocum כשבירם & שפירים significatione
 ad tres reduxerit classes, existimans generaliter signifi-
 care quasdam metas aut limites, inter quos aliquid col-
 locatur: sive ad fœnum, in quo bina cremathra vel
 sustentacula in templo disposita fuerunt, ut illæ ac le-
 betes illis imponerentur. In qua significatione cen-
 set intelligendum locum psalmistæ: sive ad stabula, in
 quibus

quibus binis clathris & perticis oblongioribus spatia
distinguuntur: quo p^acto intelligit Jacobi patriar^{ha}
ad filium Ifaschar sententiam, nec non verba Debora^e
prophetiss^e: sive denique ad lanienas, in quibus et-
iam certae sunt metæ, seu pali atque clavi suis ordinibus
distincti, & bini ad expendendas atque excoriandas be-
stias: in quo sensu accipi putat vocem in loco Ezechie-
lis.^b Nulla harum sententiarum mentionem lectorum
vel formæ lectorum propheticorum facit. Idcirco putat
Boulduc omnes longissime a scopo aberrare; quod ta-
men nobis secus videtur. Vaticinium enim Jacobi
de filio Ifaschar nihil aliud vult, quam tribum hanc
ultra limites suos, id est, mare Galilææ & mon-
tem Thabor ex una, ac Jordanem ex altera parte in
medio terræ Canaan in loco pacato quieturam. Hoc
quippe indicant v. 18 verba seqq. *Et vidit requiem,*
quod bona, & terram, quod pulchra: quæ confirmantur
ex iterato Moysis vaticinio: *Lætare Ifaschar in tentoriis*
tuis. Locus porro Jud. 5. v. 16. non tam de Ifaschar ut
vult Boulduc, sed de Ruben videtur esse intelligendus.
Rubenitæ enim reliquis in Israele pugnantibus non
accederunt, sed vel desides habitaverunt inter duos ter-
minos terræ suæ, id est Moab & Canaan, vel inter
terminos hostium & Israelitarum, ac dubii cuinam
pro eventu belli se conjungere debeant. Psalm. LXVIII.
v. 14. qui perpendit, facile deprehendit ratione antece-
dentiū, ubi de expeditione bellica, fuga, spoliisque
actum, Hieronymi, & qui eum sequuntur versiones
præ aliis esse eligendas, quæ vocem hebræam red-
dunt *per medios terminos.* In his enim qui castra sua
collo-

collocat, uti multis est expositus periculis, sic demum virtuteim suam explicandi occasionem fuit nactus optimam, ut vere sit sicut *ale columba argento obducta*.

§. 16. Quæ porro adduxit de origine lectorum prophetariorum, ex sacris derivatorum ad gentiles, absq; fundamento iterum dicta esse arbitramur. De Rebecca in fonte hebræo, quem tamen toties ja&titat, ne hilum quidem habetur, quod super ramusculos dormiverit, sed id duntaxat legimus, quod iverit ad interrogandum Dominum, sive immediate in precibus, sive mediate per Abrahamum vel alium. Petrus Comestor, ad quem provocavit, multa habet incerta ac fabulosa, quibus saepe facta in sacris notata, circumstantiis, quæ ex gentilium moribus sunt desumptæ, enarravit, ut dudum agnoverunt harum rerum peritis. Quantis ambagibus eo ascendat, ut monstret etiam Abrahamum ritum cibandi super lauri ramos observasse, ex supra dictis satiis abunde constat. Heman & Ethan, viros omnino sapientes vocat Laurentios vel lauro utentes, quasi vox Ezrachitæ id involvat, cum tamen non aliis scripturæ locus faveat, nec aliorum prophetarum similes in sacris inveniantur appellations. Multo minus re&cte concludit Abrahamum fuisse Ezrachitam, quia idem esse cum Etham ab Hieronymo dicitur. Ita enim se habent verba Hieronymi loc. cit. *Ethan etiam interpretatur durissimus, Esdraita Orientalis. Ethan ipse est Abraham orientalis, Eman qui interpretatur fidelis, est Moses. Chalcol, qui interpretatur gubernans, est Joseph.* Nimirum quando de Salomone dicitur, quod sapientior fuerit Ethan, Eman, Chalcol & aliis, ex significi-

gnificatione vocum Hieronymus convenientiam quærit cum viris quibusdam sapientibus. Hinc dicit E-sdraitam denotare non laureosum sed orientalem, & hoc quadrare in Abrahamum qui orientalis: Eman-fidem, qualis erat Moses in universa Domini domo: Chalos gubernantem, qualis Joseph. Sed anne ille solus orientalis, iste solus fidelis, hic solus gubernans? ut hoc nomine ab aliis dignosci queant. Si vero urgebit ~~¶¶¶~~ Ps. 37. 35. sciendum est, hanc vocem communiter designare indigenam, seu in terra, ubi aliquis degit, exortum: & vi hujus significationis recte exponi de arbore in solo aliquo prognata, ac proinde terram ceu matrem, non novercam, habente benignorem. Frustra ergo ad unam duntaxat arboris speciem restringitur, quod pluribus speciebus commune est, atque hac ratione cadit fundamentum significationis Ezrachitæ, cum iis, quæ inde deduxerat. De Mose etiam ex Strabone & Juvenali, Judæorum actiones, de quibus fando solo audierant, ex gentilium ceremoniis aestumantibus, nihil probari potest. Nec Eliphazi sermo Job. 4. v. 13, huic aliquid conferet, cum ~~¶¶¶~~ h. loco non pro summitatibus petrae vel arboris accipiatur, sed pro cogitationibus perplexis (conf. Ps. 119. 113.) visionum nocturnarum, suadentibus id tum materia substrata, tum loco altero Job. 20. 2. Nec cubile Elihu, quod est stratum nocturnum, in singulari positum, aliquid singulare significat, cum per enallagen numerus singularis ponatur pro plurali, ut ex pluribus scripturæ sacrae locis aliis notissimum est. Sanctorum vero cubilia, quorum sepius in Psalmis fit mentio, huc referre velle, plane erit alienum a

scopo loquentium. Ut adeo ex dictis hucusque apparet, gentes hunc morem non ex populo Judaico accepisse, sed si quae prophetissae tale quid imitatae fuissent, referendum potius esse ad gentilium sacra, quibus filii & filiae Israël sœpiissime se suaque contaminarunt.

¶. 17. Quod denique modum incubandi, a Bouludio indicatum, attinet, concedimus quidem illum non esse absurdum & in lectierniis gentilium quoque usitatum, Ezechiem vero cap. 4. 4. seq. suam dormitionem super latus sinistrum & dextrum ex hoc more peregrinisse, nobis nondum persuadere possumus. Non nunc glossam, verbis Ezechielis adjeciam, pluribus examinabimus, alias iterum haberemus occasionem ostendendi id, quod supra diximus, autorem hunc suam mentem, præjudiciis jam occupatam, inferre in sacram scripturam. Nec in illam descendemus controversiam, an ea, quæ versu 4. & seqq. leguntur, in visione duntaxat facta, & narratione populo repræsentata sint, an ea mente jussa, ut reapie a propheta præstarentur? Videatur interea Herm. Witsius Miscell. sacr. lib. 1. cap. 12. p. 94. seqq. ubi rationes pro parte negante & ajente cum epicrisi invenientur. Id nihilominus constare putamus, sive illa in visione sive reapse fuerint facta, extra ordinem hoc loco prophetæ aliquid fuisse a Deo demandatum, quod alibi non deprehendimus. Quis vero ab extraordinario facto tam audacter concludet, ad modum quendam ordinarium, cuius vestigia in aliis locis scripturæ non observamus?

¶. 18. Si tandem etiam de hypothesi Hieronymi Pradi nostra dicenda est sententia, illam fundamenti loco

loco habere putamus expositionem græciorum scholiarum. Cum vero de horum peritiae in literatura hebraica nobis nihil constet, non videmus, qua ratione de illis dici queat, quod mentem Spiritus Sancti recte attigerint. Nec illis favent voces hebraæ, cum ipso Prado fatente, græcae voces rem detexerint, hebraæ autem figuram, quæ tamen pluribus rebus applicari potest. Non nunc urgebo, quod Martinus Delrio l. c. præter alia in hac applicatione desideravit circa catenulas, vel bullarum acu pictarum reticula, ea nec pulvillos nec cervicalia dici posse, licet per duram quandam metaphoram id afferere velit. Cur non potius substituit in velamentis, experimentis & retibus, cum quibus subsequentia magis videbantur consentire? Quapropter etiam ex sententiis illis supra adductis tertia, si literam species, rem melius expressit, licet modum, quem prophetissæ adhibuerunt, possibilem quidem, nondum tamen probatum videamus. Nobis nihilominus placuit in tanta sententiarum diversitate afferere, quod non repugnet, si hoc in loco prophetiam & rerum & verborum intelligamus eo sensu, quo supra explicavimus. Atque in ea etiam hac vice acquiescimus, Deoque T. O. M. grates agimus maximas pro auxilio, quo præsentem operam juvare voluit.

Sit illi laus honor & gloria in sempiterna
secula!

101

HENRICO GUILIELMO TRUMPHIO

SS. Theol. cultori indefesso

S. P. D.

PRAESES

Placuit Tibi de pulvillis & peplis prophetissarum, academicam conscribere dissertationem, ut patriæ patronisque monstrares, quam pretiosa semper estimaveris tempora musis dicata. Sapientiam enim in molli nouo quasivisi lectulo, cum otium Tibi numquam non Satanae pulvinar fuerit. Nec pepla atque velamina capiti Tuo voluisti imposta, qui propriis videre oculis maluisti, quam aliorum credere susurris. Felici idcirco & inoffenso progressus es pede, quo in sacræ scientiarum tramite hic usque perrecesseris. Tu modo prophetiae, per Ezechiel relictæ, memor vivas, quando diuinum numen ad sacra pulpita Te vocaverit. Auditorum tuorum cubitis pulvilloz noli supponere, nec velamina eorum capitibus imponere, ne incurras in mala, prophetisis istis a Deo constituta. Populo quidem, duriora ferre nescio, gratus non non eris, Deo tamen oratior. Huic vero placere, ea demum vera laus est. Hanc habere propitium, omnes superat favores. Hujus etiam gratia Te, studia Tua, munusq; sacrum, cui destinaris, votis precibusq; meis omni tempore commendabo. Vale! Dam

bam e museo in academia IVLLA III. Iduum

Februario A.O. R. MDCCII,



Farbkarte #13

B.I.G.

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Inches	.1	.2	.3	.4	.5	.6	.7	.8	.9
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
	10	11	12	13	14	15	16	17	18
	19								

I. N. J.
VILLLOS
ET
EPLA
ETISSARVM
Czech. cap. 13. v. 18.
INIS AVSPICIIIS
PRAESIDE
REA SCHMIDT.
MARIAEVALLENSI
sdem & Sacr. Antiquit. P. P. O.
ne ordinis Seniore
spite suo omni honoris & pietatis cultu
ernum prosequendo
ditorum examini submitteret
PONSVRVS AVTOR
VILIELMVS TRVMPHIUS
OSLARIENSIS
IVLEO MAGNO
Feb. Anno MDCCIL
• 8) o (8 •
HELMESTADII,
LEGGANGI HAMMI, ACAD. TYPOGR.

T 154